



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Declinandæ viæ conducentes ad peccata mortalia: scilicet, conuersatio
cum personis malis, aspectus curiosus pulchrarum facierum, lectio
librorum obscæna & venerea tractantu[m]. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

runt Deum offendere, peccatis mortalibus in Religione, quandoque notis etiam aliis, & domum Dei (quantum est in ipsis, ex parte sua) faciunt speluncam latronum, & priuant se illis bonis, quæ adfert Religiosus status religiosè viuentibus in eo, & quandoque scandalis publicis vel apostasi infamant Religionem. Et ita etiam S. Basilius non suadet, immò dissuadet admittere ad vitam monasticam, homines adhuc in peccatis grauibz delitescentes, sed non nisi iam emendatos. Sed propter contrariam doctrinam S. Thomæ, vtraque sententia habet sua momenta. Quanquam S. Thomas in eodem Opusculo expressè fauet meæ sententiæ, & securiorem putat sic loquens. *Fatemur, quod si qui sunt in vita seculari exercitium preceptorum habentes, melius possunt in Religione proficere: sed sicut ex vna parte preceptorum exercitium in vita seculari preparat hominem ad consilia melius obseruanda, ita ex alia parte secularis vita consuetudo (scilicet vita peccatis dedita) consiliis obseruandis impedimentum prestat.* Et scio etiam perditæ vitæ homines ad ipsum in Religionem ingressum grauibz sceleribus ac diuturnis irretitos, statim in Religione mutatos esse, & Angelicè vixisse. Sed plures noui, qui hanc ob causam, à Religioso statu, vel citò, vel multò post defecerunt, quia non seruando decalogum in seculo vsque ad ipsum ingressum, Christi consilia in Religione seruare conati sunt, & erigere altam perfectionis fabricam in ea, non iactis solidis fundamentis in seculo, obseruationis Dei mandatorum, quæ omnino præmittenda est.

CAPVT VNDECIMVM.

Declinanda via conducentes ad peccata mortalia, scilicet conuersatio cum personis malis, aspectus curiosus pulcherrum facierum, lectio librorum obscæna & venerea tractantium.

Primus modus declinandi à malo est, abstinere ab omni peccato mortali, de quo supra egimus. **S**ecundus modus est, abstinere à viis quæ homines conducunt ad aliquod peccatum mortale. Nam vt Abbas Pinuphius ait apud Cassianum, *vt vnumquodque peccatum possit extinguere, causa atq; occasio, per quam vel ob quam admissum est, debet primò amputari.* Hæc viæ sunt diuersæ, vnus per hanc, alter per alteram eò deducitur: quod vni nocet, alteri non nocet: aliqui tamen qui viuunt liberius & dissolutius, per omnes has vias, quas hic recensebo, ambulat, & ad perpetranda multa & varia peccata mortalia perducuntur. Qui autè vocatur à Deo ad statum Religiosum, debet omnes istas vias declinare tanquam malas, quia per illas peruenit ad malum peccati. **P**rima via est. Conuersatio cum personis malis hoc est, cum talibus, quæ vel malo exemplo noto aliis, vel obscænis colloquiis, vel quod pe-

ius est, malis consiliis & suasionibus inducunt & incitant ad aliquod peccatum mortale, siue ebrietatem, siue adeundas domos inhonestas & periculosas, siue ad choreas cū scæminis, siue ad comedias lasciuas, siue ad deambulationes in illis locis, in quibus quis, vel it nolit, cogatur sine vlla necessitate vrgenti, conuersari cum scæminis, eas aspicere, præsertim se lauantes in fluuiis, & ad his similia, quæ solent adolentes valde commouere ad peccata contraria castitati. Qui ergo vult Religionem ingredi, statim debet talium conuersationem fugere & declinare, etsi eos debeat offendere. Hoc Christus Dominus illà parabolà docuit: *Si oculus tuus dexter scandalizat te (hoc est, dicit ad peccatum curioso aspectu) erue eum, & proiice abs te, expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Et, *si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam & proiice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.* Non quod velit nos Christus Dominus re ipsa oculi eruere, manum abscindere, dum sunt instrumenta alicuius peccati, quod his membris committunt homines, sed vt explicat S. Basilius: *Omne quicquid scandalizat, (id est, ad peccatum perducit, hoc est enim propriè scandalum actiuum, vt docent Theologi cum S. Thoma, quod omnino vitari debet) amputari debet, (hoc est, remoueri, declinari, vitari) licet coniunctissimum ac summe necessarium nobis videatur.* Et in particulari S. Chrysostomus, per dextrum oculum & manum, accipit mulierem amicam, illa enim abicienda est, si nos ad libidinem suo aspectu, voce aut gestu prouocat. S. Augustinus verò, per dextrum oculum & manum, accipit quemuis amicum, & ministrum etiam necessarium. S. Hilarius & S. Cyrillus & S. Athanasius (vel quisquis est author illarum questionum ad Antiochum) accipiunt parentes & cognatos: horum enim conuersatio resecanda est, si nos ad peccatum trahit. Non est tanti facienda illa recreatio, illa deambulatio, ille lusus cum malo amico, sicut damnum animæ, inde sumentis occasionem perdendi gratiam & amicitiam Dei, tibi magis necessariam. Benè dicebat Augustus Cæsar, *minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes esse aureo hamo piscantibus, cuius abrupti damnum, nullà capturâ pensari potest.* Quocirca vt monet S. Chrysostomus: *Cur si pestilentem locum & contagionis plenum videris, consuetudinem illius loci fugis, quamuis sexcenties ad domicilium illud traharis, & corporis valetudinem, rebus omnibus ceteris anteponis; vbi verò opinionibus pestilentibus, (vel factis aut verbis obscænis) quidam complentur, ac egritudinibus, qua non modo corpus corrumpunt (vbi sunt excessus in cibo & potu & similia) sed animam quoque perimunt, ac deteriorem vilioresq; reddunt, non omnino refers te? Idem sentiendum est de recreationibus cum talibus, quod de perfo-*

161.
Matth. 5. 29-30.
in Moral. Reg. 41. c. 1.
2. 2. q. 43. a. 2. & 3.
Ch. hom. 17. ad pop.
A l. i. de ferm. Do. mi. Hil. in commen. Cyr. l. 2. in Ioan. cap. 28. Ath. qu. 70.
Sueton. in Augusto. c. 25. or. 2. de prouid.



1.1. Offic. cap. 20.

nis & locis periculosis: Habet suos scopulos verenda, inquit S. Ambrosius: non quos ipsa inuehit, sed quos sepe incurrit: si intemperantiam incidamus consortia: qui sub specie incanditatis (tempore recreationum) venenum insundunt bonis. Hi si assidui sunt maxime in conuiuio, (vti in popinis) ludis, (siue in campis, siue vt dicitur chartifolis & aleis) ac ioco, enervant grauitatem virilem. (hoc est, eam, que deceat viros & adolecentes graues & maturos) Cauemus itaque ne dum animum relaxare volumus, soluamus omnem harmoniam, quasi concentam quandam bonorum operum. Vnus enim circū inflectit naturam. Quam multos etiam fortes illecebra deceperit? Et quamuis te non statim sentias deprauari, conuersando cum malis, & adeundo loca periculosa, tamen vt monet S. Ildorus Pelusiota, id quidem tibi fortaſſe persuaderi sinas: at illud tamen velim ab omnibus fidem adhiberi: aquis lapides exen-

1.2. ep. 28.

numi ac rupem aqua guttis conuenter cadentibus excitari dicunt (quod etiam Spiritus S. dicit: Lapides exeat aequa, & aliuione paulatim terra confluitur) quorum verborum huiusmodi sensus est. Quid rupe durius fungi queat? quid item aqua mollius? quid aqua guttula? & tamen assiduitas naturam vincit. Quod si natura que agere dimoueri potest dimouetur, idque quod minime habebat perperitur: quid tamen ratione voluntas que facile mouetur praesertim in adoleſcente, praesertim in delicatulo, & qui fit complexioſus in naturali propensione) a consuetudine conuersationis non vincatur & euertatur? Sic & Seneca Ethnicus docuit: Conuictor delicatius paulatim enervat & emollit: malignus comes quamuis candido ac simplici, (nondum prauis moribus imbuto) rubiginem suam (prauorum morum) affricit. Benevolentia enim, inquit S. Ambrosius, etiam morum facit similitudinem. Recte enim

Iob. 14. 19.

Clemens Alexandrinus: hominum Indopolypis assimilatur, qui petris quibus adhaerescunt assimilati, videntur quoque colore esse tales. Si dixeris, te beneficio Dei bene esse fundatum in virtute, horrere omnia peccata mortalia, malle mori quam fœdari. Ne credas tibi: Non est tuta tibi tua bonitas, obſeſſa malis, inquit S. Bernardus, dans monita Eugenio Papae, sed iam leni, & inter prauas occasiones non videnti: non magis quam sanitas vicino serpente. Non est quo te subducas malo inefficis, sicut domestico, dum domi est aliquis occasio scandali) scorpioni non est in facie quod formides, (dum salutat initio, honeste incipit conuersari, munde) sed pungit cauda. Si ad ratiū blanditas vor tunc (vt aſſolet) mollior senseris, meminere scriptum: Omnis homo primum bonum vinum ponit, cum autem inebriatus fuerit, tunc id quod deterius est. Interius malum regunt principia, posteriora prodant. Et quamuis etiam longa conuersatio cum malis tibi non noceret, vita tamen illam: quia vt ait

ep. 7.

Seneca: Etiam si non statim offit, semina tamen in animo relinquit, (postquam te ab illa separaris) sequitur nos, etiam cum ab illis discesserimus, resur-

1.1. Offic. cap. 33.

recturum posse malum. Nam redibunt in memora, que a talibus olim audiuit, que in talibus locis, ludis, iocis vidisti, & tanquam semina praua in terra fertili, naturā seilicet ad malum procliu, recondita, pullulabunt, germinabunt, producentque fructus improbitatis. Ideo Spiritus Simonet: Ne ambules cum homine furioso, ne forte discas semitas eius & sumas scandalum anime tuae. Et: Numquid homo potest abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super pruinam, vt non comburantur planta eius? sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam. Et alibi: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Idem iudicium est de aliis vitiis, praesertim venereis. Et: Qui amat periculum peribit in illo. Deus hoc dicit: mentiri & fallere nos non potest. Recedite ergo recedite, exite inde: monet Spiritus S. per Isaiam Prophetam: Pollutum nolite tangere, exite de medio eius.

libr. 4. de Confid. cap. 4.

Secunda via, Conducens ad peccata mortalia, vitanda, volenti ingredi religionem est: Aspectus pulchritatum facietum curiosus, non necessarius, vtriusque sexus. Cum enim nullum sit in homine membrum, quod ita cordi sitis faciat atque correspondeat, vti oculus, quem admodum dixit Deus Pater S. Catharinae Senensis, & vt ait Quintilianus: Vitiis nostris per oculos via fit, ideo dæmon, teste experientia quotidiana, & S. Cypriano martyre: Offert oculi formas illicites, & faciles voluptates, vt visu destruat castitatem. Causa est: quia vt praemonet S. Gregorius Nazianzenus: Oculos cor nesciat sequi solet. Et hanc forte ob causam Plinius dixit: Animum in oculis habere, & S. Chrysoſtomus, oculos appellat membrum animi. Ideo S. Iob ne castitatis iacturam faceret dixit: Peppi sedus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine: ostendens custodiam oculorum esse obstaculum, ne hominem cogitationes de feminis ad malum inducentes impetant. Ideo etiam alij Sancti, & quod mirere magis, nullos carnis stimulos ex Dei speciali dono, sentientes vti S. Thomas Aquinas, & noster B. Aloysius Gonzaga, & alij non audebant aspicere feminas, quia vt ad hoc propositum dicebat S. Thomas causam reddens auerſi aspectus a feminis: Cum facimus quod in nobis est, Deus nos auertat, cum autem exponimus nos periculo, Deus nos in illo nobis relinquit. Et, qui amat periculum peribit in illo. Hinc S. Aquilinus & S. Audomarus, cum diuino miraculo, a cecitate liberati essent, petierunt a Deo sibi visum oculorum adimi & cecitati reddi, vt carerent distractionibus & tentationibus ac concupiscentiis prauis, quae ex oculorum aspectu, etiam inuitos infestant. Verè enim scripsit S. Aug. Prima adulterij, oculorum tela sunt, secunda verborum. Praesertim si aspectus sit diuturnus. Nam vt scripsit S. Ildorus Pelusiota, Assiduus aspectus, viam ad facinus parat: atque vt etiam in opus minimè exeat, mentem tamen contaminat, eumque qui capus est,

cp. 123.

est, mentem tamen contaminat, eumque qui capus est,

recturum posse malum. Nam redibunt in memora, que a talibus olim audiuit, que in talibus locis, ludis, iocis vidisti, & tanquam semina praua in terra fertili, naturā seilicet ad malum procliu, recondita, pullulabunt, germinabunt, producentque fructus improbitatis. Ideo Spiritus Simonet: Ne ambules cum homine furioso, ne forte discas semitas eius & sumas scandalum anime tuae. Et: Numquid homo potest abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super pruinam, vt non comburantur planta eius? sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam. Et alibi: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Idem iudicium est de aliis vitiis, praesertim venereis. Et: Qui amat periculum peribit in illo. Deus hoc dicit: mentiri & fallere nos non potest. Recedite ergo recedite, exite inde: monet Spiritus S. per Isaiam Prophetam: Pollutum nolite tangere, exite de medio eius.

Secunda via, Conducens ad peccata mortalia, vitanda, volenti ingredi religionem est: Aspectus pulchritatum facietum curiosus, non necessarius, vtriusque sexus. Cum enim nullum sit in homine membrum, quod ita cordi sitis faciat atque correspondeat, vti oculus, quem admodum dixit Deus Pater S. Catharinae Senensis, & vt ait Quintilianus: Vitiis nostris per oculos via fit, ideo dæmon, teste experientia quotidiana, & S. Cypriano martyre: Offert oculi formas illicites, & faciles voluptates, vt visu destruat castitatem. Causa est: quia vt praemonet S. Gregorius Nazianzenus: Oculos cor nesciat sequi solet. Et hanc forte ob causam Plinius dixit: Animum in oculis habere, & S. Chrysoſtomus, oculos appellat membrum animi. Ideo S. Iob ne castitatis iacturam faceret dixit: Peppi sedus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine: ostendens custodiam oculorum esse obstaculum, ne hominem cogitationes de feminis ad malum inducentes impetant. Ideo etiam alij Sancti, & quod mirere magis, nullos carnis stimulos ex Dei speciali dono, sentientes vti S. Thomas Aquinas, & noster B. Aloysius Gonzaga, & alij non audebant aspicere feminas, quia vt ad hoc propositum dicebat S. Thomas causam reddens auerſi aspectus a feminis: Cum facimus quod in nobis est, Deus nos auertat, cum autem exponimus nos periculo, Deus nos in illo nobis relinquit. Et, qui amat periculum peribit in illo. Hinc S. Aquilinus & S. Audomarus, cum diuino miraculo, a cecitate liberati essent, petierunt a Deo sibi visum oculorum adimi & cecitati reddi, vt carerent distractionibus & tentationibus ac concupiscentiis prauis, quae ex oculorum aspectu, etiam inuitos infestant. Verè enim scripsit S. Aug. Prima adulterij, oculorum tela sunt, secunda verborum. Praesertim si aspectus sit diuturnus. Nam vt scripsit S. Ildorus Pelusiota, Assiduus aspectus, viam ad facinus parat: atque vt etiam in opus minimè exeat, mentem tamen contaminat, eumque qui capus est,

Proverb. 2.1.2.4. Rom. 6. 27. 28. 29. Eccl. 1.1. Eccl. 3. 2.7. 11. 162. dial. c. 89. Declam. 1. pro. co. Cypr. de zelo & le. luore. Naz. or. adu. mu. lic. se. or. nant. Pl. 11. hist. cap. 37. Chr. hist. ep. Col. Iob. 31.1. Eccl. 3. 2.7. Sur. in Vi. tis coram. S. 83. de temp. 1.1. ep. 62.

est adulterum efficit: Quis ergo tantam audacia est, ut cum aliena pulchritudine oculos assidue pascas, se tamen nihil hinc omnino detrimenti capere contendat? Quod si hoc difficile est, maxime quidem illud curandum est, ut crebros & assiduos mulierum congressus fugiamus: si autem necessitas nos traxerit, ut saltem oculos tanquam iniecto freno coercemus. Averte itaque oculos a feminis, qui ad Religionem vocaris a Deo. Non es tam Sanctus uti erat David, appellatus a Spiritu Sancto: Vir secundum eor Dei, in utroque testamento. Non habes nec habere potes, tot remedia concupiscentia, quot ille habuit (ex legis veteris licita tunc indulgentia) si quidem habuit decem uxores (ut Scriptura significat) & ut putat Pineda, octodecim. Ille tamen tantus vir adeo charus Deo, ut ait B. Laurent. Justinianus: Vidit mulierem, atque immo- dia exardescens amore, voluptatis passione prostratus, homicidium pariter & adulterium perpetrare non timuit. Et in his peccatis sine dolore, per annum integrum volucatus est. Saeuus criminum stimulus libido est, inquit S. Ambr. quae nunquam manere quietum patitur affectum: nocte feruet, die anhelat, de somno excitat, a negotio abducit, a ratione recusat, ausert consilium, patiendo inflamat, vsuque accenditur.

Quod dixi de curioso, etiam si momentaneo feminarum aspectu, idem dico de aspectu formosorum iuuenum, maxime imberbium. Nam plerumque in adolescentium corporibus, ut scribit S. Basilus, ramesis summo pere continentia colenda macerare se studeant, (quod seculares non faciunt) nescio quomodo, naturalis aetati illis, coloris quasi decor quidam efflorescit, in quem qui inspexerint, ij libidinum plerumque stimulis soleant permoveri. Ideo monuit S. Bernardus: Consortia iuuenum, & maxime illorum qui imberbes sunt, in quantum poterit, conuenienter deuita. Hanc ob causam Sancti veteres rigidissime aetas conuersationes iuuenibus interdicebant. S. Isaac Syrus: A fiducia iuuenium & allocutione fuge, sicut ab amicitia diaboli. Et S. Dorotheus: Adolescentium colloquia & amicitias fuge, ut amicitiam diaboli. Et hoc modo declinabit a malo, volens se Religiosostatui addicere, & vitabit secundam viam, ducentem ad malum.

164. Tertia via conduens ad peccata mortalia, & vitanda vocato ad Religionem, & volenti declinare a malo, est: abstinere a lectione librorum continentium narrationes rerum obscenarum & venerarum, siue sint illi Poetae, etiam veteres, siue alij etiam fabulosi, siue medici & anatomici, picturas aut descriptiones membrorum & actuum turpium referentes. Incredibilem stragem edit talis lectio, etiam in castis adolescentibus. Solis chirurgis & medicis talium lectio (si fiat non ob curiositatem, sed ad comparandam necessariam pro medicina scientiam) permittitur. Ideo Concilium generale Lateranense sub Leone decimo praecipit: Magistris non modo ut tales libros non praelegant, sed

nec legere tales, discipulis permittant, & hanc causam huius prohibitionis adfert, quod vel contra bonos mores hoc sit, vel ad impietatem inducat. Sic ex decreto Concilij Tridentini a Pio 4. in indice librorum prohibitorum praescribitur. Ne vlla ratione etiam propter sermo- nis elegantiam & proprietatem, pueris tales libri praelegantur, eo quod mores huiusmodi librorum lectione corrumpi soleant. Hinc Plutarchus. Pueris, ait, in lectionibus magis quam in viis pedagogi ductu egere: eo quod ut scripsit Clemens Alexandrinus, melius sit labi pedibus quam oculis. Ideo inquit S. Hieronymus Hispalensis (relatus a Gratiano inter decreta) a Beatissima Virgine Mariam candida veste donatus: prohibet Christianis fragmenta legere Poetarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad inuentia libidinum. Et S. Iginius Papa Desiderio Galliarum Episcopo pallium negavit, eo quod libros gentilium Poetarum legeret, & alius explicare diceretur, et si alij negarent ita esse: Et in Ecclesia Graeca, teste Nicephoro, in Thessalia quondam fuit a Concilio Prouinciali, ut libelli ab Heliodoro Episcopo Triceni in adolescentia compositi, apti ad excitandum turpes amores, igni traderentur, vel author, si id recusaret, Episcopatu priuaretur, prout priuatus est, quia suos noluit comburi libros alijs valde perniciosos. Vnde S. Hieronymus inter praecipua custodiendae virginitatis ponit, abstinere a lectione Horatii, quamuis Horatius non tam multa obscena habeat carmina, uti Ouidius & Martialis, & quidam alij: Quid, inquit, facis cum psalterio Horatium? Et quod magis mirum, Plato Ethicus, hanc ob causam libros Poetarum exterminari iubet a Republica, ea ut salua sit, nominatim Homerum carmina, quamuis non sint tam impura ut aliorum, eo quod recescat Decorum foeda scelera, etiam hominibus indigna, veritus ne alij ea legendo, ad imitationem similitum prouocarentur: vel ut ait Maximus Tyrius Philosophus Platonius, Ne adolescentium animi prauitate opplerentur. Nam ut ibidem ait Plato, probos quoque viros, paucis admodum exceptis, malus Poeta possit corrumpere. Eandem ob causam Cicero, ex libro Epicuri de summo bono, censuit vel tollenda de libro, foede scripta de voluptatibus, vel totum librum (etsi alioqui multa praecleara continentem) abiiciendum. Daemonum enim cibus est, inquit S. Hieronymus, Poetarum carmina, secularis sapientia. Eodem sensu ducti Lacedaemonij, teste Valerio Maximo & Plutarcho, libros Archilochi a ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum vetecundam & pudicam lectionem arbitrarentur. De Romanis scribit Gellius, non tantum Romam, sed ex tota Italia expulsisse Oratores & Poetas, qui libros impuros edidissent, vel comedias poeticas foedas representassent. Philippus Imperator apud Baroni- um, Poetas, qui iuuenum animos surperitudine ins- cerens,



Baron. An
249.
in Aug.
de Vitis
Imperat.
Plutarch.
in Numa.

cerent, lege edita ex albo bonarum artium expunxit,
& sanxit, Ne Poeta vlla immunitatis prerogativa
inueniretur. Eodem consilio Augustus Celsar Ro-
manæ Reipublicæ metuens, teste Suetonio,
sanxerat, ne libri obscæni permitterentur. Et li-
bros Ouidij de amore, quia purgari non pote-
rant, (tot enim erant scædi) proscripsit, & Oui-
dium ipsum, etiam ob hanc causam præter
alias, in exilium ablegauit, nec vllis precibus ad-
duci potuit, vt ab exilio redeundi potestatem ei
faceret, vt scribit Aurelius Victor: quod flebili-
ter deplorat ipse Ouidius l. 2. Trist. Sed his om-
nibus antiquior, qui primus Romanorum sa-
cerum ordinem statuit, Numa Pompilius, sta-
tuerat, ne tales libri permitterentur. Omitto
alios ne longior sim. Ipse, impurissimus licet
Ouidius, hanc obscænitatem tandem agno-
scens vetat:
Eloquar inuitus teneros ne tange Poetas,
Submoueo dotes, impius ipse, meas.
Callimachum fugito, non est inimicus a-
mori,
Et cum Callimacho, tu quoque Coë noces,
Carmina quis potuit tuto legisse Tibullus
Et l. 4. de Ponto eleg. 3.
Multa quidem scripsi, sed quæ vitiosa pu-
taui,
Emendaturis ignibus ipse dedi. Curt
Quia vt idem scribit l. 2. de arte amandi,
Lasciuiaque pagina multos
Efficit incestos, in Veneremque trahit.
Sergo & Sancti & Ethnici damnant talium
librorum lectionem, cuius Christiano vitanda
est, multò autem magis ei, quem Deus vocat
ad perfectiorem viuendi rationem, in statu Re-
ligioso capessendam.

CAPVT DVODECIMVM.

Alia quoque via conducentes ad peccata
mortalia declinanda sunt, otium & fre-
quentia peccatorum venialium delibe-
ratè commissorum.

165.

Quarta via declinanda, ad statum Religio-
sum aspiranti, est, Otium, quia est causa
grauissimorum scelerum. Cum S. Chrystos-
mus inquireret originem impuri amoris, & di-
xisset eum non semper à formæ elegantis aspe-
ctu oriri, ait hunc morbum ortum habere à
consuetudine, à verborum blanditijs, à cessa-
tione & otio, quodque nihil habeamus quod
agamus. Quemadmodum enim terra cum nec
feritur nec plantatur herbam duntaxat profert,
eodem quoque modo anima cum necessaria-
rum rerum nihil habet quod agat, atque animo
aliquid agere cupiat, prauis rebus se tradit. Et
ira S. Bernardus appellat otium, mortem anima,
& viui hominis sepulturam, & sentinam omnium

malorum. Et alibi, otium vocat: omnium tentatio-
num & cogitationum malarum & inuulium senti-
entiam & summam mentis malitiam. Sic etiam S.
Franciscus appellabat otium, sentinam omnium
malorum cogitationum. Et noster S. P. Ignatius, ma-
lorum omnium originem. Et Spiritus S. Multam ma-
litiã docuit otiositas. Quin ipse Deus, scelerum,
ob quæ Sodomitæ viui igne cælesti combusti
sunt cum quinque ciuitatibus, ait causam fuisse
etiam otium. Hæc fuit iniquitas Sodome sororis tuæ
superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ip-
sius & silarum eius. Quin & Ethnici hoc agno-
uerunt: hinc ille Poeta: Otia si tollas periere cupidi-
ni arcus. Geradas Spartanus à quodam hospite
rogatus, quâ penâ multarentur adulteri, cum
nihil vidisset, super hac re sancium à Lycur-
go: Nullus, inquit, hospes apud nos est adulter.
Theophrastes interrogatus, quid esset amor:
Anima otiosa esse affectum. Quocirca Draco Athe-
nensium Legislator statuit, vt qui conuicti fue-
rint otij, capite multarentur. Quapropter qui
declinare vult à malo, vti debet is, qui ad sta-
tum perfectionis in religione vocatur à Deo,
debet semper esse in re bona aliqua occupa-
tus, ne det locum otio ad mala conducente.

Quinta via ducens ad malum, & declinanda
ab eo qui vult declinare à malo, est frequentia
peccatorum venialium, plenâ deliberatione
commissorum, duas ob causas: Primò, quia talia
peccata disponunt ad mortalia. Secundò, quia li-
cet non sint tam graua vt peccata mortalia,
(quia per se non tollunt amicitiam Dei) tamen
sunt in suo genere grauissima, & peiora morte,
ac ipso inferno, vt paulò post videbimus.

Quod peccata venialia frequentia liberè &
deliberatè commissa, perducant ad mortalia,
patet experientia, & docent Sancti. Nullus eni-
repente fit malus. Qui peccata minima flere ac de-
uitare negligit, à statu iustitiæ, non quidem repente, sed
partibus totus cadit: vt ait S. Gregorius Papa. Con-
sideremus, inquit S. Chrystosomus: Si nimirum
quidam ac impromptu risit, reprehensus est à quopiam,
respondet alius, nihil esse id mali. Quid enim est risus
aut quid vnquam mali ex risu sequetur? otia tamen
est ex immoderato paulisper risu scurrilitas: à scurrili-
tate turpiloquium: à turpiloquio operatio turpis profu-
sa est. Dauid antequam peccasset cum Bersa-
bea, prius curiositate oculorum, initio veniali,
peccauit, sed inde ad adulterium, postea ad ho-
micidium delapsus est, duce, veniali curiosita-
te. In vna siquidem malignitatis catena, inquit B.
Laurentius Iustinianus, considerata sunt vitia in
animarum ruinam, ab immundis Spiritibus fabricata licet. c. 4.
a quo

in octo
puncti de
de vita so-
litar.
c. 5. vit.
3. p. 688.
c. 1. §. 6.
Ecclesi. 33.
29. Ezech.
16. 49.
166.
167.
3. p. pass.
cap. 14.
hom. 87.
in March.
de vita so-
licat. c. 4.
a quo